

GHIRLANDA SACRA

SCIERTA

da diversissimi Eccellentissimi Compositori

De varij Motetti à Voce sola

Libro Primo Opera Seconda

PER LEONARDO SIMONETTI

*Musico nella Capella del Ser. mo Principe
di Venetia in S. Marco*

STAMPA DEL GARDANO IN VENETIA MDCXXV



Edizione integrale / *Complete Edition*

ENSEMBLE PRIMI TONI

ROBERTA ANDALÒ, soprano

CLAUDIA CONESE, soprano

DIANA TRIVELLATO, soprano

JACOPO FACCHINI, alto

ALBERTO ALLEGREZZA, tenore

RAFFAELE GIORDANI, tenore

ROSITA IPPOLITO, viola da gamba

GIOVANNI BELLINI, tiorba

PIERPAOLO CIURLIA, tiorba

MANUEL CESTER, dulciana

ANDREA INGHISCIANO, cornetto

NICOLA LAMON, organo e clavicembalo

NICOLA LAMON, direzione e concertazione

CD1

1. Ecce sacrum paratum convivium

Dell'illustre Signor Claudio Monteverde Maestro di Cappella della Serenissima Signoria di Venezia

Ecce sacrum paratum convivium,
quid miramini?
Mundate corda vestra,
festinate, accubate, comedite!
Sumenda vobis proponitur,
ipsamet mundi Salus et Ostia.
Ille vos invitat.
Ille qui cibus vobis factus est;
Ille vos invitat,
Ille cum vobis accubat ad epulus,
Ille qui se nobis edendum totum parat.
O dapes amatas
concupiscenti animo flagitatas,
O indices amoris,
quid, ah, quid?
Ah, quid huic amori tuo possim referre?
O dulcissime Jesu, habe meum cor,
quod tibi nunc dicatum
tibi sepius dicabo.

2. Del medesimo- Currite populi.

Currite populi currite
psallite timpanis
dicite vocibus: alleluia!
quia hodie celebremus
diem festum Sancti N....
cuius animam Paradisum possidet.
Currite populi currite
psallite timpanis
dicite vocibus.
O N...,
O Sancte prudentissime
tibi laus, tibi gloria,
tibi amor tibi victoria. Alleluia.
Ora pro nobis Deum o Sancte N....
ut nostri precibus mereamur
introire in regnum Celorum;
Currite populi currite
psallite timpanis
dicite vocibus: alleluia!.

3. Del med.- O quam pulchra es.

O quam Pulchra es amica mea, columba mea
Formosa mea, o quam Pulchra es!
O quam Pulchra, oculi tui columbarum
capilli tui sicut greges caprarum
dentes tui sicut greges tonsarum.
Quam Pulchra es o Pulcherrima
quam Pulchra es inter mulieres
Egredere et veni,
quia amore languo.
Veni formosa mea, veni soror mea,
veni immaculata mea,
veni quia amore languo.
Et anima mea liquefacta est.

4. Del medesimo Salve Regina

Salve, Regina, Mater misericordiae,
vita, dulcedo, et spes nostra, salve.
ad te clamamus exsules filii Hevæ,
ad te suspiramus, gementes et flentes
in hac lacrimarum valle.
Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos
misericordes oculos ad nos converte;
et Iesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exsilium ostende.
O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

5. Dell'illustre Sig. Gio. Primi Maestro di Cappella di S. M. C. - Inter natos mulierum.

Inter natos mulierum, non surreni maior Ioanne Baptista.
O verba singularia, o laudem Prae clarissimam, O Ioannes felicissime.
O beatissime Ioannes qui ex ore altissimi de te audire meruisti,
Inter natos mulierum, non surreni maior Ioanne Baptista.
Te deprecamur, ut pro nobis Dominum interpellare digneris.
Ut super nos interpellare digneris, ut super veniat in nos gratia Iesu Christi.

6. Del Signor Giovanni Rovetta - O Maria quam pulchra es.

O Maria quam pulchra es, o Maria quam dulcis es.
Quam pulchra, quam dulcis es o Maria.
Tu es formosa mea, speciosa mea, candida et nigra sum.
Nigra sum sed formosa simul et nigra sum.
Nolite me considerare quod fusca sum.
Quia decoloravit me sol, ille qui coronavit me.
Candida et nigra sum, nigra sum sed formosa, simul et nigra sum.
O Maria quam pulchra es, o Maria quam dulcis es.
Quam pulchra, quam dulcis es o Maria.

7. Del Signor Alessandro Grandi - O quam tu pulchra es.

O quam tu pulchra es,
Amica mea, columba mea,
Formosa mea.
Oculi tui columbarum
Capilli tui sicut greges caprarum
Et dentes tui sicut greges tonsarum.
Veni de Libano, veni coronaberis.
Surge propera, surge sponsa mea,
Surge dilecta mea, immaculata mea,
Surge, veni, quia amore languo.

8. Del Signor Gian Pietro Berti (Organista di S. Marco in Venezia) - Hodie apparuerunt delitiae.

Hodie apparuerunt delitiae paradisi
et laetitiae orbis terrarum, flores odoris suavissimi.
Accurrite Caelestes chori, et admiramini faciem decoram.
Oculi eius quasi Columbe super rivos murmurantis aque.
Ecce tu pulchra es, tu tota delectabilis.
Mille amoris radij, mille flammae Charitatis,
mille munera Caelestium te decantant,
Regina Angelorum, et solium gloriae Dei.

9. Dell'illustre Signor Gio. Priuli Maestro di Capella di S. M. C. - **Ave dulcissima Maria.**

Ave dulcissima Maria, vera spes unica et vita.
Dulce refrigerium et solacium.
O Maria flos virginum.
Ad te clamamus filij Evae.
Dona nobis pacem.

10. Del Molto Reverendo P. D. Gio. Paolo Caprioli Abbate in Candeliana - **In lectulo per noctes.**

In lectulo meo, per noctes,
quem diligit anima mea quæsi:
nec inveni illum.
Surgam, et circuibo civitatem:
per vicos et plateas
quæram quem diligit anima mea:
tenui nec dimittam illum.
Egredimini Filiae Ierusalem et congratulamini mihi.
Cantate mecum Canticum lætitiæ cum cithara,
Cantate Canticum iubilationis in Psalterio
Quia inveni, quem diligit anima mea.

11. Del med. - **Congratulamini mihi omnes.**

Congratulamini mihi, omnes qui diligitis Dominum:
quia, cum essem parvula, placui Altissimo,
Et de meis visceribus genui Deum et hominem.

12. Del Signor Alessandro Grandi - **Quam pulchra es spetiosa mea**

Quam pulchra es, spetiosa mea.
Oculi tui columbarum,
Capilli tui sicut greges caprarum
Et dentes tui sicut greges tonsarum.
Quam pulchra es, spetiosa mea.
Sicut vita coccinea Labia tua,
sicut turris David collum tuum,
duo ubera tua sicut duo binnuli capreae gemelli.
Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa,
vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui.
Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te.

13. Del med. - **Cantabo Domino**

Cantabo Domino in vita mea.
Alleluja.
Psallam Deo meo, quam diu fuero.
Alleluja.
Jucundum sit ei eloquium meum,
ego vero delectabor in Domino.
Alleluja.
Delectabor in Domino, in Deo Jesu meo.
Alleluja.

14. Del med. - **Exaudi me Domine.**

Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua:
secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.
Intende animæ meæ [sic] et libera eam,
propter inimicos meos eripe me.
Alleluia.
Laudabo nomen Dei cum cantico,
et magnificabo eum in Laude.
Alleluia.

15. Del Molto Reverendo Signor D. Giacomo Finetti Maestro di Cappella nella gran Casa di Venezia - **Domine quis habitabit.**

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo
aut quis requiescet in monte sancto tuo?
Qui ingreditur sine macula:
et operatur iustitiam.
Qui loquitur veritatem in corde suo:
qui non egit dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malum:
et opprobrium non accepit adversus proximos suos
Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus
timentes autem Dominum glorificat.
Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo
aut quis requiescet in monte sancto tuo?
Qui iurat proximo suo et non decipit,
qui pecuniam suam non dedit ad usuram,
et munera super innocentem non accepit.
Qui facit hæc, non commovebitur in æternum.

CD2

2. Del Signor Dario Castello - **Exultate Deo.**

Exultate Deo adiutori nostro
Jubilare Deo Iacob.
Sumite Psalmum et date tympanum,
psalterium iucundum cum Cythara.
Buccinate in neomenia tuba,
in insigni die solemnitatis N....,
Ob cuius festivitatem omnes lætantur.
Alleluia.

3. Del Signor D. Francesco Usper- **Vulnerasti cor meum**

Vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa,
vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui.
Quam pulchra es amica mea, Formosa mea, Columba mea.
Veni quia amore langueo.

4. Del med. - **Nativitas tua.**

Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo,
gaudium annuntiavit in universo mundo:
Ex te enim ortus est Sol iustitiæ,
Christus Deus noster,
qui solvens maledictionem dedit benedictionem
et confundes mortem donavit nobis vitam sempiternam.

5. Del R. D. Vido Rovetto Arciprete di S. Angelo, detto il Falsetto da Pieve - **Gaudete omnes.**

Gaudete omnes et exultate,
diem festum celebrantes sub honore S.... N....
Alleluia.
De cuius solemnitate gaudent Angeli,
et collaudant Filium Dei.
Alleluia.
Cantemus igitur omnes et iubilemus dicentes:
O felix N...., defende nos, protege nos, conserva nos.

6. Del Signor Giovanni Picchi - **Salve Christe.**

Salve Christe Fili summi Patris,
salve fili aeternae Matris.
Salve Mundi creator,
salve peccatorum miserator.
Miserere Christe mei,
miserere fili Dei.
Miserere miserator,
quia vere sum peccator,
tu peccata dele mea,
et cor mundum in me crea.

7. Del Signor Amadio Freddi Maestro di Cappella del Duomo di Treviso - **Cognoscam te Domine**

Cognoscam te Domine cognitor meus,
cognoscam te virtus animae meae,
Ostende te mihi consolator meus.
Videam te lumen oculorum meorum,
veni gaudium Spiritus mei.
Videam te Laetitia cordis mei:
diligam te vita animae meae.
Domine Deus meus, vita mea
et gloria tota animae meae.
Inveniam te desiderium cordis mei.
Amplectar te, **sponse celestis** [sic],
possideam te beatitudo sempiterna,
possideam te in medio cordis mei.
Vita beata et dulcedo summa animae meae.

8. Del Signor Amadio Fredi - **Salve Regina**

Salve, Regina, Mater misericordiae,
vita, dulcedo, et spes nostra, salve.
ad te clamamus exsules filij Hevæ,
ad te suspiramus, gementes et flentes
in hac lacrimarum valle.
Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos
misericordes oculos ad nos converte;
et Iesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exilium ostende.
O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

9. Del M. R. P. D. Giovanni Pozzo - **Veni Sancte Spiritus.**

Veni Sancte Spiritus,
qui cum Patre et Filio
es unus Deus per saecula.
Accende cordis intima
flamas amoris, excita
ut diligentes Dominum
fruamur te in perpetuum.
O Dulcissime Spiritus
tu meco [sic] queso maneat
et semper memem custodias,
ut ore canentium
lauderis in perpetuum.

10. Del Signor Bartolomeo Barbarino detto il Pesarino - **Venite ad me omnes.**

Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis,
et ego reficiam vos,
Tollite iugum meum super vos,
et discite a me quia mitis sum et humilis corde.
Iugum enim meum suave est et onus meum leve.
Venite ergo ad me omnes qui laboratis et onerati estis,
et ego reficiam vos.

11. Del Signor Domenico Obizzi - **Jubilate Deo omnis terra.**

Jubilate Deo omnis terra, alleluja:
psalmum dicite nomini ejus, alleluja;
date gloriam laudi [sic] ejus, alleluja, alleluja.
Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Dominum,
in multitudinem virtutis tuae mentientur tibi inimici tui,
Omnis terra adoret te et psallat tibi,
psalmum dicat nomini tuo.
Benedicite gentes Deum nostrum et auditam faciem vocis laudis eius.
Alleluia.

12. Del Signor Bartolomeo Barbarino detto il Pesarino - **Audi dulcis amica mea.**

Audi dulcis amica mea,
auribus percipe verba oris mei.
Nigra es sed formosa,
et macula non est in te,
ideo amore tuo languo,
et quia tribulor exaudi deprecor
orationem meam.
Veni plena gratia in mulieribus,
discende in hortum meum, ubi sunt flores et lilia.
Veni dilecta mea, veni, coronaberis
speciosa nimis, intra in cubiculum meum;
et quoniam tu es spes mea in te speravi.
Fiat super me misericordia tua.

13. Del molto Reverendo Signor D. Giacomo Finetti Maestro di Cappella nella gran Casa in Venezia - **Beata es virgo Maria.**

Beata es, Virgo Maria,
quae Dominum portasti Creatorem mundi:
Genuisti, qui te fecit,
et in aeternum permanes Virgo.
Alleluia.

14. Del Sig. D. Giovanni Massiccio - **Accipe dilecte mi.**

Accipe dilecte mi, pulcherrimas rosas.
Quas tibi mandat Catarina virgo, de Paradiso sponsi sui.
Cum quò illa laetatur et exultat.

15. Del Signor Gio. Giacomo Arigoni - **Tota pulchra es amica mea.**

Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te;
Tota suavis et decora et macula non est in te.
Veni de Libano sponsa mea, amica mea, formosa mea veni coronaberis.
Quam pulchra es maria. Quam pulchra es et quam decora carissima;
ò quam suavis ò Maria Dei Genitrix et Virgo Gloriosa.
Ecce tu pulchra es inter omnes mulieres,
Alleluia.

CD3

1. Del med. - **Bone Jesu.**

Bone IESU, verbum Patris,
splendor aeternae gloriae,
in quem desiderant Angeli prospicere,
doce me facere voluntatem tuam,
ut à Spiritu tuo bono deductus
ad Beatam illam perveniam Civitatem,
ubi est dies aeternum *[sic]* et unus omnium Spiritus,
ubi est certa securitas, et secunda aeternitas,
et aeterna tranquillitas, et tranquilla felicitas,
et felix suavitas, et suavis jucunditas.

2. Del med. - **Domine Jesu Christe.**

Domine IESU Christe in cuius dictione cuncta sunt posita
et non est qui possit resistere voluntati tuae.
Qui dignatus es nasci et mori et resurgere.
Ergo confige cor meum tui amoris,
ut dicat tibi anima mea charitate tua
Vulnerata sum, ut dicat tibi anima mea.

3. Del R. P. Carlo Milanuzij da Santa Natoglia Organista di S. Stefano
in Venetia - **Anima miseranda.**

Anima miseranda, quae offendis Deum tuum?
Quid expectas, quid speras, quid trahis moram in impio peccato?
Non reformidas horribilem infernum?
O anima, insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine,
deponsata fide, dotata Spiritu, coronata virtutibus, deputata cum
Angelis.
Dilige Christum a quo tantum dilecta es.
Quaere quaerentem te, ama amantem te,
quia ipse collocabi te cum Angelis ante sedem Maiestatis suae.

4. Del Reverendo D. Gio. Maria Sabino Napolitano - **O sacrum convivium.**

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur;
recolitur memoria passionis ejus;
mens impletur gratia;
et futurae gloriae nobis pignus datur.
Alleluia.

5. Del med. - **Crux Fidelis.**

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis:
nulla Sylva talem profert,
fronde, flore, germine.
Alleluia.

6. Del med. - **Ecce panis angelorum.**

Ecce Panis Angelorum,
Factus cibus viatorum
Verè panis filiorum,
Non mittendus canibus.
Lauda Sion Salvatorem,
lauda ducem et pastorem,
in hymnis et canticis.
Caro cibus, sanguis potus:
manet tamen Christus totus,
sub utràque specie.
A sumente non concisus,
non confractus, non divisus:
integer accipitur.
Sumit unus, sumunt mille:
quantum isti, tantum ille:
nec sumptus consumitur.
Lauda Sion Salvatorem,
lauda ducem et pastorem,
in hymnis et canticis

7. Del med. - **Repleatur os meum laude.**

Repleatur os meum Laude,
ut himnum dicam gloriae tuae.
Tota die magnitudinem tuam.
Gaudebunt labia mea, cum cantavero tibi.

8. D. I. C. M. - **Regnum mundi** del Sig. Giulio Cesare Martinengo.

Regnum mundi et omnem ornatum saeculi contempsi,
propter Amorem Domini mei IESU Christi :
Quem vidi, quem amavi,
in quem credidi, quem dilexi,
ipsi sum desponsata cui angeli serviunt ipsi soli servo fidem
cujus pulchritudinem Sol et Luna mirantur.
Alleluia.

9. Del Sig. Pietro Francesco Caletto Bruni Organista di S. Gio. e Paolo
di Venezia - **Cantate Domino.**

Cantate Domino et exultate.
Quia confundentur
qui me persecuntur.
Lauda, anima mea, Dominum.
Laudabo Dominum in vita mea.
Alleluia.

10. Del Sig. Gio. Maria Scorzuto Maestro di Capella, ed Organ. della
M. Comunità di Asola Trevigiana - **Domine Deus salutis meae.**

Domine, Deus salutis meae,
in die clamavi et nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea.
Quia repleta est malis anima mea,
et vita mea inferno appropinquavit,
Alleluia.

11. Del med. - **O bone Jesu.**

O bone IESU, O pijssime IESU, O dulcissime IESU,
O IESU Fili Mariae Virginis plene misericordia et pietate
O Dulcis IESU
secundum magnam misericordiam tuam
miserere mei.

12. Del P. D. Leandro Gallerano - **Gaudeamus omnes in Domino.**

Gaudeamus omnes in Dómino,
diem festum celebrantes sub honóre sancti N...
de cuius sollemnitate gaudent Angeli atque Archangeli,
collaudantes Dominum.

13. Del P. F. Giacinto Bondioli Prior di S. Domenico in Venezia
Ave verum corpus.

Ave Verum Corpus natum de Maria Virgine
Vere passum, immolatum in cruce pro homine,
Esto nobis praegustatum in mortis examine.
O clemens, o pie, O IESU, fili Mariae.

14. Del Molto Reverendo Padre Andrea Stella - **Bonum est confiteri
Domino.**

Bonum est confiteri Domino et psallere nomini tuo, Altissime.
Ad annuntiandum mane misericordiam tuam,
et veritatem tuam per noctem
in decacordo psalterio cum cantico et cithara.
Quia delectasti me, Domine, in factura tua;
et in operibus manuum tuarum exultabo.

15. Del med. - **Confitebor tibi Domine.**

Confitebor tibi, Domine Deus, in toto corde meo,
et honorificabo nomem tuum in aeternum:
quia misericordia tua, Domine, magna est super me,
et liberasti animam meam ex inferno inferiori
in die tribulationis meae, clamavi quia exaudisti me.